purgationis marie secundum legem
moysi. tulerunt ihesum in ierusalem. ut
sisterent eum domino. sicut scriptum
est in lege domini. Quia omne mas
culinum adaperiens uuluam
sanctum domino uocabitur. Et ut darent
hostiam secundum quod dictum est in
lege domini. par turturum. aut duos
pullos columbarum. Et ecce homo
erat in ierusalem. cui nomen symeon.
Et homo iste iustus et timoratus.
expectans consolationem israel. et
spiritus sanctus erat in eo. Et responsum
acceperat a spiritu sancto. non uisurum
se mortem. nisi prius uideret christum
domini. Et uenit in spiritu in templum.
[illegible] inducerent puerum ihesum parentes
[illegible]. ut facerent secundum consuetudinem
[illegible] legis pro eo. et ipse accepit
[illegible] suas. et benedixit deum
et dixit.

Nunc dimittis seruum tuum domine
secundum uerbum tuum in pace. Quia
uiderunt oculi mei salutare tuum.
quod parasti ante faciem omnium
populorum. Lumen ad reuelationem
gentium. et gloriam plebis tue israel.

IN N. S. BLASII. S. LUCAM.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.
Nemo accendit lucernam. et
in abscondito ponit. neque sub
modio. sed super candelabrum. ut
qui ingrediuntur lumen uideant. Lu
cerna corporis tui. est oculus tuus.
Si oculus tuus fuerit simplex. to
tum corpus tuum lucidum erit. Si
autem nequam fuerit. etiam corpus
tuum tenebrosum erit. Uide ergo
ne lumen quod in te est. tenebre sint. Si
ergo corpus tuum totum lucidum fu
erit. non habens aliquam partem